

FESTUM REPARATIONIS
INJURIARUM SANCTISSIMO ALTARIS
SACRAMENTO ILLATARUM



Feria V post Dominicam Sexagesimæ
(vel, ea impedita, Feria V post Dominicam Septuagesimæ).

FESTUM SOLEMNE REPARATIONIS INJURIARUM SS. SACRAMENTO ILLATARUM.

Duplex II Classis.

IN I VESPERIS.

1 Antiphona. VIII G 2

S



UPRA dor- sum me- um * fabri- cavé- runt pecca- tó-



res : pro- longavé- runt in- iqui- tá- tem su- am. E u o u a e.

Psalmus 128.

Sæpe expugnâverunt me a
juventute mea, * dicat nunc
Israel :

Sæpe expugnâverunt me a
juventute mea : * etenim non
potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabrica-
verunt peccatores : * prolonga-
verunt iniquitatem suam.

Dominus justus concidit cer-

vices peccatorum : * confun-
dantur et convertantur retror-
sum omnes qui oderunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectó-
rum : * quod priusquam evellá-
tur, exáruit.

De quo non implévit manum
suam qui metit, * et sinum
suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteri-
bant : Benedictio Dómini super
vos : * benediximus vobis in
nómine Dómini.


Reparationis injuriarum SS. Sacramento. 3*

2 Ant.

IV E

S

Edimus et flé-vimus, * cum di-cunt : Exi-na-ní-te,



ex-i-na- ní- te. E u o u a e.

Psalmus 136.

Super flúmina Babylónis, illic
sédimus et flévimus : * cum
recordarémur Sion :

In salícibus in médio ejus, *
suspendimús órgana nostra.

Quia illic interrogavérunt
nos, qui captívos duxérunt
nos, * verba cantiónum :

Et qui abduxérunt nos : *
Hymnum cantáte nobis de cán-
ticis Sion.

Quómodo cantábimus cánti-
cum Dómini * in terra aliéna?

Si oblítus fúero tui Jerúsalem, *

oblivióni detur délixtera mea.

Adhæreat lingua mea fáuci-
bus meis, * si non memínero tui :

Si non proposúero Jerúsalem, *
in princípío lætítiæ meæ.

Memor esto Dómine filiórum
Edom, * in die Jerúsalem :

Qui dicunt : Exinaníte, exi-
naníte * usque ad fundaméntum
in ea.

Fília Babylónis mísera : * beá-
tus qui retríbuet tibi retributió-
nem tuam, quam retribuísti no-
bis.


Beátus qui tenébit * et allídet
párvulos tuos ad petram.

3 Ant.

v a

T

O-ta di- e * consti-tu- é-bant pré- li- a : acu- é-



runt linguas su- as sic-ut serpéntis. E u o u a e.

Psalmus 139.

ERipe me Dómine ab hómine
malo : * a viro iníquo éripe
me.

Qui cogitavérunt iniquitátes
in corde : * tota die constitu-
bant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut

4* Feria V post Dominicam Sexagesimæ :

serpéntis : * venénium áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me Dómine de manu peccatóris : * et ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos : * abscondérunt supérbi láqueum mihi :

Et funes extendérunt in láqueum : * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino : Deus meus es tu : * exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ.

Dómine, Dómine virtus salutis meæ : * obumbrásti super caput meum in die belli :

Ne tradas me Dómine a desi-

dério meo peccatóri : † cogitavérunt contra me, * ne derelínquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum : * labor labiórum ipsórum opériet eos :

Cadent super eos carbónes, † in ignem dejícies eos : * in misériis non subsistent.

Vir linguósus non dirigétur in terra : * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciat Dóminus júdiciúm inópis : * et vindíctam páuperum.


Verúmtamen justí confitebúntur nómini tuo : * et habitábunt recti cum vultu tuo.

4 Ant.

I g

P

Er- i- it fuga a me : * humi- li- á-tus sum ni-



mis : lí-be-ra me a persecúntibus me. E u o u a e.

Psalmus 141.

VOce mea ad Dóminum clamávi : * voce mea ad Dóminum deprecátus sum :

Effúndo in conspéctu ejus oratióne meam, * et tribulatióne meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum

meum, * et tu cognóvísti sémitas meas.

In via hac qua ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram et vidébam : * et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me, * et non est qui requírat ánimam meam.

Reparationis injuriarum SS. Sacramento. 5*

Clamávi ad te Dómine, †
dixi : Tu es spes mea, * pórtio
mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiónem
meam : * quia humiliátus sum
nimis.

Líbera me a persecuéntibus

me : * quia confortáti sunt su-
per me.

Educ de custódia ánimam
meam ad confiténdum nómini
tuo : * me expéctant justí, do-
nec retríbuas mihi.

Capitulum.

Hebr. 10, 28-29.


Irritam quis fáciens legem Móysi, sine ulla miseratióne duóbus
vel tribus téstibus móritur; † quanto magis putátis deterióra
meréri supplícia, qui Fílium Dei conculcáverit, et sánguinem
testaménti pollútum dúxerit, * in quo sanctificátus est?

R̄. br.

VI

H


Omo pa-cis me-æ, * Qui e-dé-bat pa-nes



me- os. ∇. Magni-fi-cá-vit su-per me supplanta-ti-ó-



nem. ∇. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i



Sancto.

Tonus simplex.

R̄. br.

VI

H


Omo pa-cis me-æ, * Qui edé-bat panes me- os.



6* Feria V post Dominicam Sexagesimæ :



∇. Magni- fi- cávit su- per me supplan- ta- ti- ó-nem. ∇. Gló-




ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sancto.

Hymnus.


II
Q



Uis dabit pro- fúnda nostro Pécto-ri suspi- ri- a?



Sancta nostra luge- á- mus A pro- fá- nis póllu- i, Cæ- li-



túmque marga- rí- tam Ante porcos pró- ji- ci.

En adhuc, cui thura spondet,
Fumus Heródes parat :
Os adhuc offert dolósum,
Datque Judas óscula;
Et manus cohors cruéntas
Mittit in Jesum ferox.

Christus humánæ salútis
Digna Patris víctima,
Plebís ingrátæ pétitus
Ad necem clamóribus,
Nunc supérbam fert suórum
Manna factus, náuseam.


Huc adéste, Regis alti
Víndices exércitus :
Perdat ensis obstinátos

Nuptiárum tránsfugas;
Veste nudum nuptiáli
Atra nox absórbeat.


Mitióra dulcis Agnus
Hac in ara póstulat;
Qui dedit vel pro nefándis
Sánguinem tortóribus,
Hic adhuc avértit iram
Imminéntem sóntibus.

Apta morti vasa fœda
Qui bonus fert, laus Patri :
Qui suo mundat cruóre
Laus sit uni Fílio :
Apta qui reddis salúti,
Sit tibi laus, Spíritus. Amen.

Reparationis injuriarum SS. Sacramento. 7*



V. Re-pu-lísti et despe-xísti Christum tu-um.




R̄. Pro-fanásti in terra sanctu-á-ri-um e-jus.

Ad Magnificat, Antiphona.

I D

D

Edú-cant * ó-cu-li me-i lácrymam per noctem et



di-em, et non tá-ce-ant : quó-ni-am contri-ti-ó-ne ma-



gna contrí-ta est Si-on : ne fá-ci-as no-bis contumé-



li-am só-li-i gló-ri-æ tu-æ, Dómi-ne. E u o u a e.

Oratio.

A Deúntes cum fidúcia ad thronum grátiae tuæ, Dómine Jesu, propítius réspice, et exáudi : * ut glória tua, quæ in Sacraménto amóris tui perpétuis impiórum contuméliis impétitur, perpétuo quoque tibi famulántium cultu reparétur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte.

Et fit commem. Feriæ.

8* Feria V post Dominicam Sexagesimæ :

¶ Ad Completorium et Horas, *Hymni cantantur et terminantur modo sequenti :*

IV

QUI jú-gi-ter Patrem ro-gas, Ne perdat ultor ím-
 pi- os, Agnus De- i, sit laus ti-bi, Par sit Pa-rénti et
 Flá-mi-ni.

AD LAUDES ET PER HORAS.

1 Ant.

vii a

EXcu-bá-te * in custó-di-a sanctu- á-ri- i, et in
 mi-nisté-ri- o altá-ris; ne o-ri- á-tur indigná-ti- o me- a
 super fí- li- os Isra- el. E u o u a e.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, * se-
 cúndum magnam mise-
 ricórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem
 miseratiónum tuárum, * dele
 iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniqui-
 táte mea : * et a peccáto meo
 munda me.

Reparationis injuriarum SS. Sacramento. 9*

Quóniam iniquitátem meam ego cognósko : * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci : * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti : * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor : * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam : * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátiis meis : * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : * et spíritum rectum ín-nova in viscéribus meis.

Ne projicias me a fácie tua : *

et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui : * et spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salutis meæ : * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries : * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedíssem útique : * holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contríbultus : * cor contrítum et humiliátum Deus non despícies.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion : * ut ædificéntur muri Jerúsalem.


Tunc acceptábis sacrificium justítiaæ, oblatiónes et holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

2 Ant.

IV E

V

OS portá-bi-tis * in-i-qui-tá-tem sanctu-á-ri-i, et



sustiné-bi-tis peccá-ta sa-cer-dó-ti-i. E u o u a e.

10* Feria V post Dominicam Sexagesimæ :

Psalmus 42.

Judica me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta, * ab hómine iníquo et dolóso érué me.

Quia tu es Deus fortitúdo mea : † quare me repulísti? * et quare tristis incédo, dum affligit me inimícus?

Emítte lucem tuam et veritátem tuam : † ipsa me deduxé-

runt et adduxérunt in montem sanctum tuum, * et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei : * ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara Deus Deus meus : * quare tristis es ánima mea? et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

3 Ant.

VII C 2

D

E- us, De- us me- us, * confúndor et e-rubésco



levá-re fá-ci-em me-am ad te, quó-ni-am de-lícta no-



stra crevé-runt usque ad cæ-lum. E u o u a e.

Psalmus 62.

Deus Deus meus * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta et invia et inaquósa : † sic in sancto appáruí tibi, * ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : * lábia mea laudábunt te.

Sic benedicám te in vita mea : * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis me-

Reparationis injuriarum SS. Sacramento. 11*

ditabor in te : * quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, † adhæsit anima mea post te : * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quaesierunt animam meam, † introi-

bunt in inferiora terræ : * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo, † laudabuntur omnes qui jurant in eo : * quia obstructum est os loquentium iniqua.

4 Ant.

if

O

-stende faci-em tu-am, * De-us me-us, su-

per sanctu-á-ri-um tu-um : exáudi Dómi-ne, placá-re Dó-

mi-ne, atténde et fac. E u o u a e.

Canticum Danielis.

Dan. 9, 15-19.

Peccávimus, iniquitátem fé-cimus, Dómine : * in omnem justítiam tuam.

Avertátur, óbsecro, ira tua et furor tuus : * a civitáte tua Jerúsalem et monte sancto tuo.

Propter peccáta enim nostra : * et iniquitátes patrum nostrórum.

Jerúsalem, et pópulus tuus in oppróbrium sunt : * ómnibus per circúitum nostrum.

Nunc ergo exáudi, Deus noster, oratióem servi tui : * et preces ejus.

Et osténde faci-em tuam super sanctuári-um tuum : * quod désertum est, propter temetípsum.

Inclína, Deus meus, aurem tuam et audi : * áperi óculos tuos.

Et vide desolatióem nostram : * et civitátem super quam invocátum est nomen tuum.

Neque enim in justificatióibus nostris prostérnimus preces ante faci-em tuam : * sed in miseratióibus tuis multis.

12* Feria V post Dominicam Sexagesimæ :


Exáudi Dómine; placáre Dómine, atténde et fac : * ne moréris propter temetípsum, Deus meus.

Quia nomen tuum invocátum est super civitátem : * et super pópulum tuum.

5 Ant.
IV A*

I

Mpro-pé-ri- a * impro-pe-ránti-um ti- bi ce-ci-



dé-runt super me, Dómi-ne.

E u o u a e.

Psalmus 148.

Laudáte Dóminum de cælis : *
laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus : * laudáte eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna : *
laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cæli cælórum : *
et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt : * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum et in sæculum sæculi : * præcéptum púsuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, *
dracónes et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum : * quæ fáciunt verbum ejus :

Montes et omnes colles : *

ligna fructífera et omnes cedri.

Béstiæ et univérsa pécora : *
serpéntes et vólucres pennátæ.

Reges terræ et omnes pópuli : * príncipes et omnes júdices terræ.

Júvenes et vírgines : † senes cum junióribus laudent nomen Dómini : * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cælum et terram : * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : * filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 149.

Cantáte Dómino cánticum novum : * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum : * et filii Sion exsúltent in rege suo.



Reparationis injuriarum SS. Sacramento. 13*

Laudent nomen ejus in choro : * in týmpano et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : * et exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória : * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : * et gládii ancípites in mánibus eórum :

Ad faciéndam vindíctam in natió nibus : * increpatiões in pópulis.

Ad alligá ndos reges eórum in compédibus : * et nóbiles eórum ín mánicis férreis.

Ut faciánt in eis judícium conscríptum : * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitudínem magnítudinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro : * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus : † laudáte eum in cýmbalis jubilatió nis : * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri.

Capitulum.

Hebr. 10, 28-29.

Irritam quis faciens legem Móysi, sine ulla miseratióne duóbus vel tribus téstibus móritur; † quanto magis putátis deterióra meréri supplicia, qui Fílium Dei conculcáverit, et sánguinem testaménti pollútum dúxerit, * in quo sanctificátus est?

R. br.

R

Epu-lí-sti * Et despe-xísti Christum tu- um. ∇. Pro-



fa-násti in terra sanctu- á-ri- um e-jus. ∇. Gló-ri- a Pa-

14* Feria V post Dominicam Sexagesimæ :




tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.


Hymnus.

III

N



O-vámne das lu-cem, De-us, Nos incho-á-re? nec



re-is Jus est petén-di, nec de-cet Optáre de-vó-tos ti-bi.

Heu! confitémur crímina :
Te, Christe, conculcávimus;
Pollútus indigne Cruor
Nos morte dignos árguit.


Quos vestra non gravant mala,
Fratérna, sancti, plángite.
O quot sacræ carnis rei!
Rei quot adsunt sánguinis!

Vorat canis Sanctum Dei;
Templum profánis vel patet,
Vel non frequentátum gemit :
Quid ergo nobis vívere?

An non, ut ad Christi necem
Ne pars sit ad tantum nefas,
Exstínguet horrens sol diem?
Ortúsne non statim cadet?

Ortum bonis solem tuum
Lucére qui jubes malis,
Disrúmpé cor durum malis,
Da pœnitens cor et bonis.

Laus pura contuméliis
Succédât ætérna tibi :
Quam nos per Agnum réddere
Terra polóque da, Deus. Amen.



V. Appró-pi-ant super me no-céntes.



R̄. Ut e-dant carnes me- as.

Reparationis injuriarum SS. Sacramento. 15*

Ad Benedictus, Antiphona.

VIII G



Nuptiæ quidem paratæ sunt, * sed qui invitati erant, non fuerunt digni: illi neglexerunt et abiierunt. E u o u a e.

Oratio.

A Deúntes cum fidúcia ad thronum grátiae tuæ, Dómine Jesu, propítius réspice, et exáudi: † ut glória tua, quæ in Sacramento amóris tui perpétuis impiórum contuméliis impétitur, * perpétuo quoque tibi famulántium cultu reparétur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte.

Et fit commem. Feriæ.

AD TERTIAM.

Antiphona Vos portábitis, 9. Capitulum e Laudibus.*

℣. Repulisti et despexisti Christum tuum.

℞. Profanasti in terra sanctuárium ejus.

AD SEXTAM.

Antiphona Deus, Deus meus, 10.*

Capitulum.

1. Cor., 10, 20-21.

Nolo vos sócios fieri dæmoniórum; † non potéstis cálicem Dómini bíbere et cálicem dæmoniórum, * non potéstis mensæ Dómini partícipes esse et mensæ dæmoniórum.

℣. Homo pacis meæ, qui edébat panes meos.

℞. Magnificávit super me supplantatiónem.

16* Feria V post Dominicam Sexagesimæ :

AD NONAM.

Antiphona Improperia, 12.*

Capitulum.

1. *Cor. 11, 27.*

Quicumque manducaverit panem hunc, † vel biberit cálicem
Dómini indigne : * reus erit córporis et ságuinis Dómini.

∇. Ecce pósitus est hic in ruínam.

℞. Et in signum cui contradicétur.

IN II VESPERIS.


1 Ant.
VIII G

A

Udí-te cæ-li, * et áuri-bus pérci-pe ter-ra : fí-li-os



enutrí-vi et ex-al-tá-vi : ipsi au-tem spre-vé-runt



me. E u o u a e.

Ps. 128. Sæpe expugnáverunt me, ut supra in I Vesp., 2.*

2 Ant.
I g


S

Ancti-fi-cá-ti-o nostra * de-sérta effécta est, ar-



ca testaménti nostri di-ré-pta est : et sancta nostra

Reparationis injuriarum SS. Sacramento. 17*



conta-mi-ná-ta sunt. E u o u a e.


Ps. 136. Super flúmina Babylónis, ut supra, 3.*



VÆ genti peccatrí-ci, * fí-li-is sce-le-rá-tis : de-



re-liqué-runt Dómi-num, blasphemavé-runt sanctum Isra-el.



E u o u a e.

Ps. 139. Eripe me, Dómine, ut supra, 3.*




IN lo-co só-li-i me-i * et lo-co vesti-gi-ó-rum



pedum me-ó-rum, u-bi há-bi-to, pollu-é-runt nomen sanctum



me-um in abomi-na-ti-ó-ni-bus quas fe-cé-runt.



E u o u a e.

Ps. 141. Voce mea ad Dóminum clamávi, ut supra, 4.*

18* Reparationis injuriarum SS. Sacramento.

Capitulum, R̄. breve et Hymnus ut supra I Vesperis, 5*.



∇. De-us, vené-runt gentes in hære-di-tá-tem tu-am.



R̄. Pollu- é-runt templum sanctum tu-um.

Ad Magnificat, Antiphona.

VI F

E



Cœ Sancta nostra * et pulchri-túdo no-stra,




et clá-ri-tas nostra de-so-lá-ta est : co-inqui-na-vé-runt



e-a gen-tes : contemplá-mi-ni, et vo-cá-te lamentatrí-ces



ut vé-ni-ant, quó-ni-am humi-li-á-ta est co-ró-na gló-



ri-æ nostræ. E u o u a e.

Et fit commem. Feriæ.






Feria V. post Dominicam Sexagesimae.

In Solemnitate Reparationis Injuriarum SS. Eucharistiae Sacram. illatarum.

Intr. 4.



EX- súr-ge, * De- us, jú- di-ca cau-sam tu- am :
me- mor e- sto impro-pe- ri- ó- rum. tu- ó- rum, e- ó- rum
quae ab insi-pi- énte sunt to- ta di- e. *Ps.* Ut quid,
De- us, repu- lí- sti in fi- nem? * i- rá- tus est fu- ror tu- us
super oves páscu- ae tu- ae? Gló- ri- a Patri. E u o u a e.

Grad. 3.




Quán- ta * ma- ligná- tus est
in- imí- cus in san-

2


In Solemnitate Reparationis.



cto! incen-dé- runt i- gni sanctu- á- ri- um



tu- um : in ter- ra poll- é- runt ta-

berná- cu- lum nó- mí- nis tu- i. ∇. Usque-

quo, De- us, impro- pe- rá- bit in- imí- cus!




ir- rí- tat ad- ver- sá- ri- us nó- men tu- um




* in fi- nem?



2.

L- le- lú- ia. * *ij.*

∇. Dignus es, Dó- mi- ne, accí- pe- re virtú-









tem, et di- vi- ni- tá- tem, et sa- pi- énti- am, et for-



* et be-ne-dicti-ó-nem.

Seq.



In Solemnitate Reparationis.

Post Septuagesimam, dicto Graduali statim additur Tractus, ut infra, et deinde Sequentia, in cuius fine tunc non dicitur Allelúia.

Tract.

2.

Eccá-vi- mus,

* in-iqui-tá-tem fé- cimus,

Dó- mi- ne,

in omnem ju- stí- ti- am tu-

am. √. Avertá-

tur, óbse- cro,

i- ra tu- a et fu- ror tu- us

a ci- vi- tá-

te tu- a

et monte sancto tu- o.

√. Ti- bi, Dómi-

ne,

justí-

ti- a :


no- bis :

autem confú- si- o fa- ci- é- i :


ti- bi Dómi- no

De- o no- stro, mi- se- ricórdi- a

et pro- pi- ti- á-




ti o. Ψ . Nunc ergo exáu-



di, De-us noster, o-ra-ti-ónem no-stram : et




osténde fá-ci-em tu-am super sanctu-á-ri-um tu-um,




quod de-sér-tum est, pro-pter te-met-í-psum.




Ψ . Inclí-na, De-us me-us, aurem tu-




am, et au-di : á-pe-ri



ó-cu-los tu-os, et vi-de de-so-la-ti-ó-nem




no-stram. Ψ . Non e-nim in justi-fi-ca-ti-ó-



ni-bus no-stris prostér-ni-mus pre-ces ante fá-


In Solemnitate Reparationis.




ci-em tu- am : sed in mi-se-ra-ti- ó-ni-bus tu-is




mul- tis. *V.* Exáu-di, Dómi- ne : pla-



cá-re, Dó- mi-ne : attén-de, et fac : ne mo-




ré- ris, propter temet-í- psum,



De-us me- us. *V.* Qui-a nomen tu- um invo-cá- tum



est super ci-vi-tá- tem et su-per




pó- pu- lum * tu- um.

Offert.

^{2.}
D


O- mi-ne De- us, * ó- mni- um




Cre- á- tor, terrí- bi- lis et for- tis, justus et

In Solemnitate Reparationis.


7




mi- sé- ri- cors, qui so- lus es bo- nus Rex,




so- lus praestans, so- lus justus et omní- pot- ens, et ae-




tér- nus : qui lí- be- ras Is- ra- el de omni ma-




lo : ácci- pe sacri- fi- ci- um pro u- ni- vér- so pópu- lo




tu- o, et custó- di par- tem tu-




am, et sanctí- fi- ca : contémptos et abomi- ná- tos



ré- spi- ce, ut sci- ant gen- tes qui a




tu es De- us no- ster. *T. P.* Alle-




lú- ia.

In Solemnitate Reparationis.

Comm.

7.
P


Ro-bet autem * se- ípsum ho-mo, et sic de pane



il-lo e-dat, et de cá-li-ce bi- bat : qui e-nim mandúcat



et bi-bit indí-gne, ju-dí-ci-um si-bi mandú-cat et bi-



bit, non di-jú-di-cans corpus Dó-mi-ni.

